

INTROIT Galatians 6: 14

Nos autem gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita et resurrectio nostra: per quem salváti et liberáti sumus. (T.P. Allelúja, allelúja.)
Ps. 66, 2. Deus misereátur nostri, et benedicat nobis: illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Nos autem gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita et resurrectio nostra: per quem salváti et liberáti sumus. (T.P. Allelúja, allelúja.)

COLLECT*(In Eastertide)*

Deus, qui unigéniti Fílii tui pretiósio sanguine vivificæ Crucis vexillum sanctificáre voluísti: concéde, quæsumus; eos, qui ejusdem sanctæ Crucis gaudent honóre, tua quoque ubíque protectióne gaudére. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Not Eastertide)

Deus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem: concéde nobis, fámulis tuis; ut resurrectiónis glóriam consequámur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Philippians 2: 8-11

Fratres: Christus factus est pro nobis obódiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen, quod est super omne nomen:

(hic genuflectitur)

ut in nómine Jesu omne genu flectátur coeléstium, terréstrium et infernórum, et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.

*(During Eastertide the Gradual, Lesser Alleluia, and Tract are omitted and the Greater Alleluia is said instead)***GRADUAL Philippians 2: 8, 9**

Christus factus est pro nobis obódiens usque ad mortem, mortem autem crucis. V. Propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

*(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)***LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. V. Dulce lignum, dulces clavos, dúlcia ferens póndera: quæ sola fuísti digna sustinére Regem coelórum et Dóminum. Allelúja.

TRACT

Adorámus te, Christe, et benedícimus tibi: quia per Crucem tuam redemísti mundum. V. Tuam Crucem adorámus, Dómine, tuam gloriósam recólimus passiónem: miserére nostri, qui passus es pro nobis. V. O Crux benedícta, quæ sola fuísti digna portáre Regem coelórum et Dóminum.

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. V. Ps. 95, 10. Dícite in géntibus, quia Dóminus regnávit a ligno. Allelúja. V. Dulce lignum, dulces clavos, dúlcia ferens póndera: quæ sola fuísti digna sustinére Regem coelórum et Dóminum. Allelúja.

GOSPEL Matthew 20: 17-19

In illo témpore: Assúmpsit Jesus duódecim discípulos secréto, et ait illis: Ecce, ascéndimus Jerosólymam, et Fílius hóminis tradétur princípibus sacerdotum et scribis, et condemnábunt eum morte, et tradent eum Géntibus ad illudéndum, et flagellándum, et crucifigéndum, et tértia die resúrget.

OFFERTORY

Prótege, Dómine, plebem tuam per signum sanctæ Crucis ab ómnibus insídiis inimicórum ómnium: ut tibi gratiam exhibeámus servitútem, et acceptábile fiat sacrificium nostrum. (T.P. Allelúja.)

SECRET

Hæc oblátio, Dómine, quæsumus, ab ómnibus nos purget offénsis: quæ in ara Crucis étiam totíus mundi tulit offénsam. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE HOLY CROSS

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus. Qui salútem húmani géneris in ligno crucis constituísti: ut, unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vencerétur, per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dóminatiónes, tremunt Potestátes coeli coelórumque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatiónis concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti júbeas deprecámur, súplici confessióne dicéntes:

COMMUNION Ps. 78: 2, 11

Per signum Crucis de inimícis nostris líbera nos, Deus noster. (T.P. Allelúja.)

POSTCOMMUNION

Adésto nobis, Dómine, Deus noster: et quos sanctæ Crucis lætári facis honóre, ejus quoque perpétuis defénsis subsidíis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

But it behooves us to glory in the cross of Our Lord Jesus Christ: in Whom is our salvation, life, and resurrection; by Whom we are saved and delivered; (P.T. Alleluia, alleluia.) (Ps. 66: 2) May God have mercy on us, and bless us; may He cause the light of His countenance to shine upon us, and may He have mercy on us. v. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. But it behooves us to glory in the cross of Our Lord Jesus Christ: in Whom is our salvation, life, and resurrection; by Whom we are saved and delivered,

O God, Who wast pleased to sanctify the standard of the life-giving cross with the blood of Thine only-begotten Son, Grant, we beseech Thee, that those who rejoice in honoring the same holy cross may also everywhere rejoice in Thy protection. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O God, Who didst will that for our sakes Thy Son should undergo the torment of the cross, to free us from the power of the enemy, grant us, Thy servants, that we may attain unto the glory of the resurrection. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: Christ became for us obedient unto death, even to the death of the cross. For which cause God also hath exalted Him, and hath given Him a

name which is above all names:

(here all kneel)

that in the Name of Jesus every knee should bow, of those that are in Heaven, on earth, and under the earth and that every tongue should confess that the Lord Jesus Christ is in the glory of God the Father.

(During Eastertide the Gradual, Lesser Alleluia, and Tract are omitted and the Greater Alleluia is said instead)

Christ became obedient for us unto death: even the death of the cross. V. For which cause also God hath exalted Him and hath given Him a name which is above all names.

(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)

Alleluia, alleluia. V. Sweet the wood, sweet the nails, sweet the load that hangs thereon: to bear up the King and Lord of Heaven nought was worthy save thou, O holy cross. Alleluia.

We adore Thee, O Christ, and we bless Thee, because by Thy cross Thou didst redeem the world. V. We adore Thy cross, O Lord, we commemorate Thy glorious passion; have mercy on us, Thou Who didst suffer for us. V. O blessed cross, that alone wast worthy to bear the Lord and king of the heavens.

Alleluia, alleluia. V. Ps. 95, 10. Say ye among the gentiles, that the Lord hath reigned from the wood. Alleluia. V. Sweet the wood, sweet the nails, sweet the burden they bore, for thou alone, O Tree, wast deemed worthy to bear Him Who is Lord and king of heaven. Alleluia.

At that time: Jesus took the twelve disciples apart, and said to them: Behold we go up to Jerusalem, and the Son of man shall be betrayed to the chief priests and the scribes, and they shall condemn Him to death. And shall deliver Him to the gentiles to be mocked, and scourged, and crucified, and the third day He shall rise again.

Through the sign of the holy cross, protect Thy people, O Lord, from the snares of all enemies, that we may pay Thee a pleasing service, and our sacrifice be acceptable, (P.T. Alleluia.)

May this oblation, we beseech Thee, O Lord, purge us of all our offenses, as upon the altar of the cross, it took away the sins of the whole world. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God Who didst establish the salvation of mankind on the tree of the Cross that whence death came, thence also life might rise again, and that he, who overcame by the tree, by the tree also might be overcome: Through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dóminations worship it, the Powers stand in awe. The heavens and the heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with these we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted while we say with lowly praise:

Through the sign of the cross deliver us from our enemies, O our God. (P.T. Alleluia.)

Be Thou with us, O Lord. our God, and as Thou dost make us rejoice in honor of the holy cross, defend us also by its perpetual assistance. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.